UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sanctis Kaspar Balthasar [et] Melchior magis. Cap[itulum]. xlviij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

adoratione. Nā intrantes domū inuenerūt pue
rum cum maria matre eius: ⁊ procidentes ado
rauerunt eum. In quo oſtenditur verus deus:
quia preceptum erat: vt nullus adoraretur: niſi
ſolus deus: vt dictū eſt. Eidem quoqꝫ munera
obtulerunt: videlicet aurū: thus: et myrrham.
obſeruātes in hoc antiquū legis preceptū. Nō
apparebis in cōſpectu meo vacuꝰ. Hec aūt mu
nera in ſpem obtulerunt ꝓpter quattuor ratio
nes. Primo qꝛ vt dicit bernardꝰ beate ꝟgini au
rū obtulerūt: ꝓpter inopie ſubleuationē: thus
contra ſtabuli fetorē: myrrhā ꝓpter membrorū
pueri conſolidationē ⁊ vermiū expulſionē. Se
cūdo: vt dicit auguſtinus: qm̄ aurū ad tributū.
thꝰ ad ſacrificiū: myrrha ad ſepulturā ꝑtinet.
Per hec intimantes: ꝙ in xp̄o ꝯfeſſi ſunt regiā
poteſtatē: diuinā maieſtatē: ⁊ hūanā mortalita
tem. Et hec eſt cōis ratio doctorum. Tertio vt
dicit maximꝰ: qm̄ in auro oſtēdit captiuitatis
noſtre redēptio p̄cioſa: in thure demonū ſuper
ſtitio ceſſatura: ⁊ futurus vere religionis cultꝰ
aperit: in myrrha vō: qua exanimata ſolēt cor-
pora cōſeruari: p̄figurat carnis nr̄e repatio et
reſurrectio mortuoꝝ. Et hec oīa ꝑ xp̄m futura
erant. Quarto: vt dicit Gregoriꝰ: ⁊ eſt ratio mo
ralis: vt ex hoc ſignificet: qd̄ xp̄o ꝯferre debea
mus. Auro nāqꝫ ſapiētia deſignat: ſalomōe at-
teſtāte: q̄ ait. Theſaurꝰ deſiderabilis requeſcit
in ore ſapiētis. Thure aūt: qd̄ deo īpēdit: virtꝰ
orationis exprimit: pſalmiſta atteſtante: q̄ ait.
Dirigat oratio mea ſicut incenſum in cōſpectu
tuo. Per myrrhā vō carnis mortificatio figu-
ratur. vn̄ ⁊ ſancta eccl'ia de ſuis operarijs vſqꝫ
ad mortē ꝓ deo certātibꝰ dicit. Manus mee di
ſtillauerūt myrrhā. Nato g̊ regi aurū offerimꝰ:
ſi in conſpectu illius claritate ſupne ſapientie
reſplendemus. Thus offerimus: ſi cogitatio-
nes carnis per ſctā orationū ſtudia in ara cor-
dis incēdimus. myrrhā offerimꝰ: ſi carnis vitia
ꝑ abſtinētiā mortificamꝰ: hec gregoriꝰ. ¶ Ter
tio oſtēdit: ꝙ eſt homo tēporalis. ¶ Primo: qꝛ
vt homo voluit naſci ⁊ educari: ideo inuenerūt
puerum cum maria matre eius. ¶ Secūdo: qꝛ
vt timens mortem voluit occultari: quā natura
liter homines fugiunt. Ideo cū ſicut deus pre
ſciuiſſet: ꝙ herodes eum querebat occidere: vt
homo verus voluit in egyptū aufugere. ¶ Ter
tio: quia amans ſocietatem voluit a coetaneis
ſociari: homo enī naturaliter diligit ſocietatē
cum ſit animal ſociale: vt dicit philoſophus: et
maxime appetit conſortiū coetaneorum. Ideo
chriſtus voluit a pueris innocentibus ⁊ coeta-
neis aſſociari: cuius fidei preconiū non loquē-
do: ſed moriendo confeſſi ſunt: ⁊ flores martyri
um extiterūt: vt dicit auguſtinus. ⁊ celebratur
dies epiphanie ab eccleſia. viij. idus ianuarij:
quo die ijdē magi xp̄m adoraſſe creduntur.

De ſanctis Gaſpar Balthaſar ⁊ Mel-
chior magis. Cap. xlviij

Gaſpar: bal
thaſar: ⁊ melchior
fuerūt illi tres ma
gi: ⁊ reges ſanctiſ
ſimi: qui ad chriſtū adorādum
ſtella duce ab oriēte venerūt.
Hi de regione perſidis orien-
talis: que eſt inda ſuperior ꝓ-
uincia ſabba dicunt extitiſſe:
Horum nomina hebraice di-
cuntur. Apellius. Amerius. Damaſcus. Grece
autem Galgalath. Malgalath. Sarachin. La-
tine autem nominantur: vt dictum eſt. Fertur
quoqꝫ cum ad chriſtum venerūt: Gaſpar fuiſſe
annorum ſexaginta. Balthaſar quadraginta: ⁊
Melchior viginti: ⁊ ita cōmuniter pinguntur.
Hi ſapientiſſimi philoſophi ⁊ aſtrorum ſciētie
periti: ſucceſſores balaam arioli fuerunt: et ad
viſionem ſtelle venerūt ex illa prophetia. Orie
tur ſtella ex iacob ⁊c. Nam vt ponit Chryſoſto
mus. Quidam ſecretorum inſpectores elege-
runt de ſeipſis duodecim: ⁊ ſi quis moriebatur:
filius eius ſubſtituebatur. Hi per ſingulos an-
nos poſt menſes aſcendebāt ſuper montē ex-
celſum: qui dicitur victorialis: ⁊ tribus diebus
ibi morantes ſe lauabant: deū orantes: vt ſtella
a balaam eorum patre predictā oſtenderet. Et
ſic ſucceſſiue: terni ⁊ terni: omnes duodecim fa
ciebant. Dum autē iſti tres reges in nocte na-
tiuitatis dn̄i ibidem reperti eſſent: ſtella de no
uo creata eis apparuit: ⁊ vt dictū eſt illis natū
regem iudeoꝝ indicauit: eoſqꝫ ad eū adorandū
inuitauit. Qui iuſſa fideliter peragētes: ꝑ aliā
viā admoniti in ſomnis ab angelo: reuerſi ſunt
in regionem ſuā. Nam veniētes tarſum cū na-
uibus tarſenſium tranſfretarūt. Et q̄uis omni
relicta gentilitate: exinde fideles extitiſſent:
tamē baptiſmū nō ſuſceperūt: donec diſperſis
apoſtolis ad p̄dicandū a ſancto Thoma apl'o: q̄
apud indiā predicauit: baptizati ſunt: ⁊ in fide
xp̄i confirmati: eiuſdē in p̄dicatione coadiuto-
res fuerūt. Qui ⁊ in eadē regione in pace quie
uerūt. Quoꝝ corpora inde trāſlata: cōſtātinus
magnus imperator cōſtantinopolim deportari fe
cit. Et deinde ꝓceſſu tēpis a ſancto Euſtorgio
ep̄o mediolanū trāſlata ſunt: vt in eius vita di-
cet. iij. idus aprilis. Nunc aūt requieſcūt apud
coloniā iſtuc de mediolano delata.

¶ De ſancto Melanio ep̄o. Cap. xlix.

Melanius epiſcopus
rodoneſi. venetenſi perecia villa:
que dicitur plautio oriūdus: cla-
ruit tēpore clodouei regis ⁊ ana-
ſtaſij imperatore. Qui inter cetera
virtutū eius inſignia maxima viguit potentia
aduerſus demones de obſeſſis hoibus expellē
dos. Hic cuidā fratri: quē malignus inuaſerat